

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Gaudium r
cum uariis

Dicimus nos magnum gaudium ex illius consulatu quod non est gaudium, sed ut sepe inicium future tristicie. Gaudio enim iunctum est non desinere nec in contrarium uerti. Omnes tendunt ad gaudium, sed unde stabile et magnum consequantur ignorant. Ille ex conuiuuiis et luxuria, ille ex ambitione et circumfusa clientum turba, ille ex amica, alius ex studiorum liberalium uana ostentatione, et nil sonantibus litteris: omnes istos oblectamenta fallacia et breuia decipiunt, sicut ebrietas que unius hore hylarem insaniam longi temporis tedio pensat.

Seneca LXVII. epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

dicimus] discimus L²; consulatu] consolatu V² L¹ L²; inicium] innicium (*cor. sub lin.*) C; consequantur] consequatur M; alius] alius *add.* C; nil] nihil P V¹ V² L¹ L²; hore] honore P V¹; insaniam] insaniam C; LXVII.] LXVIII. (*cor. sub lin.*) B